

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro michaelis magno imperatore habito secundo: Die duodecima mensis maii indictione quarta insule maioris: (1) Omnis itaque dispersio elemosine magis impresentis quam in futuro seculo in mandatis domini precipiuntur. largiri: et quoscumque manus hominum potest operari instanter operetur: quia sicut scriptum est hilarem datorem diligit deus. et tristem sine dubio hodie: et ideo unusquisque christianorum pro viribus suis in quantum prebalet manum porrigere debet ad elemosine husum vel misericordie opera qui elemosina habente liberat et operarium suum non permittet ire in tenebras Dum talia igitur considerassemus nos videlicet marinus illustris comes et theodora regalissima comitissa iugales: (2) filio et nurua quondam vone memorie domini gregorii incliti comiti millusi eminentie nostre claritatis. cubilem nostri cordis precinsit: ut ad honorem domini et salvatoris nostri ihesu christi atque intemerate eius genitricis semperque virginis marie: et beatissimi christi confessoris benedicti: et sancte restitute christi virginis et martire: seu et sancte ianne: faceremus ymaginem in qua eorum sacre effigies pingere faceremus: et daretur illa de nostris rebus et substantiis et ordinarem illa in ecclesia nostri monasterii que ipsius domini matris habet sita in monte qui dicitur cementara: pro redemptionem animarum nostrarum et de genitoribus nostris. simulque et de filiorum nostrorum nostrisque nepotibus: et quia domino hospitante qui est conspirator omnium bonorum operum. qui quot iubet et precipit ipse facit. sicut locutus est discipulis suis. quia sine me nihil

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nel secondo anno di impero del signore nostro Michele grande imperatore, nel giorno dodicesimo del mese di maggio, quarta indizione, **insule maioris**. Dunque nei precetti del Signore è prescritto che ogni distribuzione di elemosina sia elargita più nel secolo presente che in quello futuro e qualsiasi mano umana possa operare che operi subito. Poiché, come è scritto, Dio predilige chi dona con contentezza e senza dubbio non ama il triste e pertanto ciascun cristiano secondo le sue forze per quanto è capace deve porgere la sua mano a scopo di elemosina o per opera di misericordia, poiché l'elemosina libera dalla morte e non permette che il suo facitore vada nelle tenebre. Mentre dunque consideravamo tali cose, noi vale a dire Marino illustre conte e Teodora nobilissima contessa, coniugi, figlio e nuora del fu domino Gregorio Milluso illustre conte di buona memoria, della chiarezza della nostra eminenza, avvinse il talamo del nostro cuore affinché in onore del Signore e Salvatore nostro Gesù Cristo e della intemerata sua genitrice e sempre vergine Maria e del beatissimo Benedetto confessore di Cristo e di santa Restituta vergine di Cristo e martire e anche di santa Giovanna facessimo un'immagine in cui facessimo dipingere le loro sacre effigie e lo dotassimo di nostri beni e sostanze e la ordinassimo dentro la chiesa del nostro monastero che ha il nome della Madre del Signore sita sul monte chiamato **cementara**, per la redenzione delle anime nostre e dei nostri genitori e parimenti dei nostri figli e nipote. E poiché con l'aiuto del Signore che è ispiratore di tutte le opere buone e quanto comanda e prescrive lo stesso fa, come parlò ai suoi discepoli "poiché senza di

potestis facere: et iterum ut scriptum est vonum hopus nobis in volumtate sit. nam ex divino adiutorio erit at perfectionem: Ideoque ipsa ymaginem fecimus ut consideravimus sicut superius recitabimus. et illam hordinabimus in ipsa ecclesia nostra memorati monasterii. ut presens tempus demonstrat: Nunc autem secundum industriam nostri ingenii considerabimus ut ipsa hereditatem quas ibidem hobtulimus nominatibe firmaremus illos ibidem per scriptis in anc paginam: quoniam certum est quod omnis secularis causa que coram presentiam vonorum hominum statuitur. tantummodo verbis firmitatis subsistere poterat. si bitam hominibus et memoriam rerum fixa in perpetuum prestita fuisset: eos denique testes semper homo cum bellet presentes abere: set propter fragilitatem carnis competit hoc ipsum scripture interbeniente firmari. ut horta in inpostmodum dubietatem. requisita vel reptam certamque paginam et relecta scriptura. conbocatis testibus servens unusquisque propriorum digitorum testium proprietatis. recognoscens nomen vel genum recolcant testes singuli interfuissent: et omnia vera exent: Is vero absentibus relectis in omnibus vel recognitis singulorum litteris ex dignitatem haut hantiquitatem hostensa paginam ista tuta res firmetur: et dubium ac murmur funditus hamputetur: quamhobrem et nos quamquam peccatores. tamen christi sanguine redempti: confidentes de dei omnipotentis misericordia: ut per suffragia ipsorum sanctorum. ut eis intercedentibus had ipso domino et salvatore nostro ihesu cristo: cratis efficiamur de faucibus atris: A presenti die promptissima volumtate firmamus et tradidimus vobis domino petro venerabili abati ipsius nostri monasterii. et per te in eodem ymaginem: que

me niente potete fare” e parimenti come è scritto “la buona opera sia nella nostra volontà giacché con l’aiuto divino giungerà a perfezione”, pertanto facemmo la stessa immagine come avevamo pensato nel modo che sopra abbiamo detto e la ordinammo nella stessa chiesa nostra del predetto monastero come il presente tempo mostra. Ora poi per zelo della nostra mente ritenemmo opportuno che i possedimenti che ivi abbiamo offerto li confermammo in dettaglio per iscritto mediante questo documento. Poiché é certo che ogni cosa secolare che é stabilita in presenza di onesti uomini, potrebbe sussistere anche solo con la fermezza delle parole se in perpetuo fosse concessa la vita agli uomini e la memoria fedele delle cose, sempre dunque quei testimoni l’uomo volendo avere, ma per la fragilità della carne é opportuno confermare ciò stesso con l’aiuto della scrittura affinché sorto successivamente un dubbio, richiesto o trovato un documento certo e riletto quanto scritto, convocati i testimoni servendosi ciascuno delle proprietà delle firme proprie dei testimoni riconoscendo il nome o la famiglia stabiliscano i singoli testimoni che furono presenti e che tutte le cose siano vere. Invero se essi mancano, riletti completamente e interpretati parola per parola per la dignità o antichità del documento mostrato ogni cosa sia ritenuta ferma e il dubbio e l’insinuazione siano troncati alla radice. Pertanto anche noi benché peccatori, tuttavia redenti dal sangue di Cristo, confidenti nella misericordia di Dio onnipotente affinché con le preghiere degli stessi santi per loro intercessione presso il Signore e Salvatore nostro Gesù Cristo con gioia siamo sottratti ai neri abissi, dal giorno presente con prontissima volontà confermiamo e consegniamo a voi domino Pietro, venerabile abate del nostro monastero, e tramite te alla stessa immagine che abbiamo costituito nello stesso nostro

statuimus in eodem nostro monasterio. Idest integrum casalem nostrum qui nominatur at bicum. in qua nos indignis horatorium construximus ha nobo fundamine had onore ipsius christi virginis et martire restitute: situm bero in memorata insula nostra que enaria vocitatur. qui et insula maior (3) dicitur. una cum integrum montem et turre seu bineas. palmentum et subscetorium suum ibidem: coherente sibi ha parte septemtrionis plagias maris nostri unde omnem piscationem vobis exinde offerimus et firmamus: et ab alia parte quod est ab oriente terra petri ruxi: et terra episcopatui nostri sancte sedis ipsius nostre insule: sicuti inter se egripus exfinat. et quomodo atbolvit in parte meridie iusta terra ipsius episcopatui. sicuti labinarium exfinat: et iterum rebolbit in parte hoccidentis iusta terra de illu lancialonga sicuti inter se lebata exfinat: et qualiter salit et badit usque at via publica: in ipsa parte meridie et in ipsa via rebolbit in eadem meridianam parte. usque at monte nostro domnico: et redit iusta halia terra quas nobis iterum offeruimus. ibidem coniunta que nominatur ad ille cese: et da ipsa horientalem parte terra que nominatur at calquie super illo balneo: ha parte hoccidentis est mons noster qui nominatur at bicum. et lamma seu et aliu mons nostro *domnico* et iterum offerimus et firmamus vobis et integra terra que nominatur quiali. cum integrum cuniolum ibidem coniuntum in parte septemtrionis: Insuper offerimus et firmamus vobis et integra terra que nominatur ad illa velogna. at memorato loco *bicu* super iamdicto loco calquie: qui coheret sibi hab una parte monte nostro domnico. et a duobus partibus vias. et integrum casale que nominatur cala et sala: cum integra lamma inter se insimul coherente sibi ha parte horientis ribo et bia qualiter hascendit usque at

monastero, l'integro casale nostro chiamato **at bicum** in cui noi indegni abbiamo costruito un oratorio da nuove fondamenta in onore di *santa* Restituta vergine di Cristo e martire, sito invero nella predetta isola nostra chiamata **enaria** che anche é detta **insula maior**, con l'integro monte e la torre e le vigne, il torchio e il suo riparo, adiacente ivi dalla parte di settentrione la spiaggia del mare nostro di cui ogni pesca pertanto offriamo e consegniamo a voi, e dall'altra parte che é ad oriente la terra di Pietro Russo e la terra dell'episcopato nostro della santa sede della nostra isola come tra loro il fossato delimita, e come volge dalla parte di mezzogiorno vicino alla terra dello stesso episcopato come il canale delimita, e parimenti volge dalla parte di occidente vicino alla terra di quel Lancialonga come tra loro il rilievo delimita, e come sale e va fino alla via pubblica dalla parte di mezzogiorno e sulla via volge sulla stessa parte di mezzogiorno fino al monte nostro **domnico**, e ritorna vicino l'altra terra che a noi *riservammo*. Parimenti abbiamo offerto *la terra* ivi adiacente detta **ad ille cese**, e dalla parte orientale la terra detta **at calquie** sopra il bagno, dalla parte di occidente é il monte nostro chiamato **at bicum** e lo stagno e l'altro monte nostro **domnico**. E parimenti offriamo e confermiamo a voi anche l'integra terra chiamata **quiali** con l'integro triangolo di terra ivi adiacente dalla parte di settentrione. Inoltre offriamo e consegniamo a voi anche l'integra terra detta **ad illa velogna**, presso l'anzidetto luogo *bicu* sopra il predetto luogo **calquie**, che confina da una parte con il monte nostro **domnico** e da due parti con le vie, e l'integro casale chiamato **cala et sala** con l'integro stagno tra loro, del pari confinanti dalla parte di oriente con il fiume e la via come ascende fino al monte, e dalla parte di occidente con la vigna di Pietro Russo e di Marena figlia di **maru**

monte: et a parte hoccidentis vinea petri ruxi. et marena filia maru de mastalu: coniux iohannis qui nominatur pictulo: et terra petri qui nominatur de conbento: sicuti lavinario exfinat et terra de illi isclani in ipso latere: sicuti exfinat. egripus et podium: et a parte septemtrionis terra monasterii salvatoris insule maris. et a parte meridie cilium de memorato monte: simulque hofferimus et firmamus vobis et integrum casalem nostrum et bineas que nominatur at simplignana. qualiter descendit usque at monte: quod est a parte monasterii nostri sancti hangeli alloquio: quod est a parte orientis coniuntum cum binee quas iterum vobis hobtulimus et firmamus. quas detinet gregorio et stephano de matrona et germanis illorum: ha parte hoccidentis sicuti redit super terra monasterii nostri sancti constantii. et badit iusta cesa que nominatur de campulo. et quomodo exinde ascendit usque at cilio montis. quamque hofferimus vobis et integra portione mea memorati marini de integra terra que nominatur ad illo sorbedo at legimata. qui coheret sibi a parte orientis monte nostro domnico qualiter exinde ascendit usque at cilium ipsius montis. et a parte occidentis via publica: a parte meridie portio heredes stephani germani et cognati nostri. et a parte septemtrionis puteus et gurgo. simulque offerimus. vobis et integra vinea que nominatur de isco. qui coheret a parte orientis et a parte meridie atbolvit via. et qualiter ascendit usque in bertice montis. simulque offerimus. vobis et integra casa de intus castro nostro gironis. una cum omnes peculias et mobillas seu horganeas hoc est maioris minorisque. parba vel magna quos et quales ibidem vobis datam habeo. et iterum firmamus vobis et omnes chartulas quantas et quales exinde abuimus continentes. et aput vos illas

Pietro Russo e di Marena figlia di **maru** di Mastalo, coniuge di Giovanni chiamato pictulo, e con la terra di Pietro detto **de conbento** come il canale delimita e con la terra di quell'**isclani** dallo stesso lato come delimitano il fossato e il rialzo, e dalla parte di settentrione la terra del monastero del Salvatore **insule maris**, e dalla parte di mezzogiorno il ciglio del predetto monte. E parimenti offriamo e confermiamo a voi anche l'integro casale nostro e le vigne chiamati **at simplignana** come discende fino al monte, che é dalla parte del monastero nostro di sant'Angelo **alloquio** il quale é dalla parte di oriente adiacente con le vigne che del pari offriamo e confermiamo a voi, le quali detengono Gregorio e Stefano **de matrona** e i loro fratelli, dalla parte di occidente come ritorna sopra la terra del nostro monastero di san Costanzo e va vicino al bosco tagliato detto **de campulo** e come quindi ascende fino al ciglio del monte. Pure offriamo a voi anche l'integra porzione di me anzidetto Marino dell'integra terra detta **ad illo sorbedo at legimata** che confina dalla parte di oriente con il nostro monte nostro **domnico** come dunque ascende fino al ciglio dello stesso monte, e dalla parte di occidente con la via pubblica, dalla parte di mezzogiorno con la porzione degli eredi di Stefano fratello e cognato nostro, e dalla parte di settentrione il pozzo e il gurgo. Parimenti offriamo a voi anche l'integra vigna detta **de isco** chr confina dalla parte di oriente e dalla parte di mezzogiorno volge verso la via, e come ascende fino alla cima del monte. E analogamente offriamo a voi anche l'integra casa dentro il nostro castro **gironis** con tutti gli animali e i beni mobili e le botti, cioè ogni cosa maggiore e minore, piccola o grande, quelle e quali ho dato a voi. E parimenti confermiamo a voi anche tutti i documenti attinenti quanti e quali dunque abbiamo e a voi li

remisimus. quas bero memoratas nominatibas terras una cum arboribus fructiferis vel infructiferis. et cum cuniolas et scapulas seu egripas et lammas et rioras. montibus. collibus. ballibus. haquis seu paludibus. sibe in altum vel in planum. et cum bineis. et cerbetis. seu cerquetis. et castanietis. simulque et cum accuccioras (A) et aquillatoriis. seu maris piscationibus. et cum biis. et anditas. et introitas earum. et cum omnia intus se abentibus. omnibusque sibi generaliter et in integro pertinentibus. De quibus nihil nobis exinde aliquod remansit haut reserbabimus. nec in aliena cuiusque personas quod absit commisimus aut iam committimus potestatem: set a nunc et deinceps a nobis vobis sit offertum. et traditum in vestra vestrisque posteris memorateque vestre congregationis sint potestatem at semper abendum et possidendum. seu frugiandum. et ex ipsas frugias faciendi que volueritis. et neque a nobis memorati iugales neque a nostris heredibus nec a nobis personam summissam. nullo tempore numquam vos memorato domino petro venerabili abbati aut ipse vestro monasterio vel ipsa vestra congregatio presentibus et futuris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestiam per nullum modum nec per summissam personam ha nunc et imperpetuis remporibus. Hactamen statuimus et firmamus ut nullatenus presummetis vos haut posteris vestris vel alia quabis personas parba aut magna extranea vel de mea genealogia aliquando tempore ex ipsa hereditatem aut memorata casa aliquot subtraere haut alienare per quobis modum a potestate memorate imaginis et memorate vestre congregationis. et si oc agere presumseritis et imbentum fuerit vacuum et inane persistat. et semper res ipsa in potestate et proprietatem ipsius imaginis

e quali dunque abbiamo e a voi li consegniamo. Le quali predette terre in dettaglio nominate invero con gli alberi fruttiferi o infruttiferi, e con i triangoli di terra e le creste di collina e i fossati e gli stagni e i corsi d'acqua, i monti, i colli le valli, le acque e le paludi, sia in alto che in pianura, e con le vigne e i noceti e i querceti e i castagneti nonché con gli adduttori di acqua e i canali di irrigazione e i diritti di pesca a mare, e con le loro vie di entrata ed uscita e con tutte le cose che entro di loro vi sono, e con tutte le cose a loro in generale pertinenti. Di cui dunque niente a noi rimase o riservammo né, che non accada, affidammo o affidiamo ora in potere di qualsivoglia altra persona ma da ora e d'ora innanzi sia da noi a voi offerto e consegnato e in voi e nei vostri posteris e nella predetta vostra congregazione sia sempre la potestà di averli e possederli e di goderne i frutti e degli stessi frutti di farne quel che vorrete. E né da noi anzidetti coniugi né dai nostri eredi né da persona a noi subordinata, in nessun tempo mai voi anzidetto domino Pietro venerabile abbate o il vostro monastero o la vostra congregazione in presente e in futuro, che non accada, abbiate dunque mai qualsiasi richiesta o molestia in nessun modo né tramite persona subordinata da ora e in perpetuo. Tuttavia stabiliamo e confermiamo che in nessun modo presumiate voi o i vostri posteris o qualsiasi altra persona piccola o grande, estranea o della mia stirpe, in qualsiasi tempo di sottrarre o alienare in qualsiasi modo qualcosa degli stessi possedimenti o dell'anzidetta casa dalla potestà dell'anzidetta immagine e della predetta vostra congregazione e se oserete fare ciò e fosse scoperto sia nullo e inefficace e sempre lo stesso bene deve rimanere in potestà e proprietà della stessa immagine e delle predetta vostra congregazione affinché sempre lo abbiate e possediate e in ogni tempo voi e i vostri posteris e

et memorate vestre congregationis remanere debeat. at semper abendum et possidendum. et omni tempore vos et posteris vestris memorataque vestra congregatio cotidie ad ipsa imagine luminaria facere debeatis et canticum ad ipsos sanctos dare debeatis. Insuper et nobis et at genitoribus seu filiis et nepotibus nostris cotidie commemoratione facere debeatis in vestris sacris orationibus: et per omnes dies. quandoque missas in sacros dipticos vestros decantaberitis ibidem nobis dare debeatis tres horationes absque omni pigrizia usque in sempiternum. quia ita sic nobis voluntatis complacuit. et si quis potens vel impotens homo sibe masculus aut femina. sibe clericus aut sacerdos. sibe laycus aut monachus. bel de quaecumque ordine fuerit. tam ex ipsa congregatione quam extraneus vel etia de nostro genere temerarius presumptor haccesserit et aliter hagere presumserit quam nos super instituimus. et a bobis memorato domino petro venerabili abbati aut a memorata sancta vestra congregatione aliquod ex omnia et in omnibus memoratis subtraere aut alienare voluerit per quobis modum aut summissam personas tunc ille qui oc ausus fuerit poenetrare sub anathematis vinculis sit obligatus. ha trecentorum decem et octo patrum partemque possideat cum iuda traditorem domini nostri ihesu christi et cum omnibus ereticis tenebrosam sorte possideat. Insuper componat vobis vestrisque posteris memorateque vestre congregationis hauri livras tres vythianteas et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii scriniarii filio domini iohanni curialis per memorata indictione ✠ Hoc signum ✠ manus memoratis iugales quod ego qui memoratos pro eis subscripsi ✠
✠ Ego iohannes curialis testis

l'anzidetta vostra congregazione quotidianamente dovete accendere ceri per l'immagine e dovete elevare canti agli stessi santi. Inoltre quotidianamente dovete anche ricordare noi e i nostri genitori e figli e nipoti nelle vostre sacre preghiere e tutti i giorni quando celebrerete le messe nei vostri sacri dittici ivi dovete fare per noi tre preghiere senza alcuna pigrizia per sempre. Poiché così fu gradito alla nostra volontà. E se qualsiasi potente o non potente, essere umano sia maschio che femmina, chierico o sacerdote, laico o monaco, o che fosse di qualsiasi ordine, tanto della stessa congregazione che estraneo o anche della nostra famiglia, venisse con presunzione temeraria e osasse compiere diversamente da quanto noi sopra abbiamo stabilito e di tutte e ogni cosa menzionata volesse sottrarre o alienare qualcosa a voi anzidetto domino Pietro venerabile abate o alla predetta vostra santa congregazione, in qualsiasi modo o tramite persona subordinata, allora quello che osasse commettere ciò sia legato con i vincoli dell'anatema da trecento e dieci e otto padri e condivida la sorte con Giuda traditore del Signore nostro Gesù Cristo e condivida tenebroso destino con tutti gli eretici. Inoltre paghi come ammenda a voi ed ai vostri posterì e alla predetta vostra congregazione tre libbra d'oro di Bisanzio e questo atto, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano dello scriniario Sergio, figlio di domino Giovanni curiale, per l'anzidetta indizione. ✠ Questo è il segno ✠ della mano dei predetti coniugi, che io anzidetto per loro sottoscrissi. ✠
✠ Io curiale Giovanni come teste sottoscrissi. ✠
✠ Io curiale Gregorio come teste sottoscrissi. ✠
✠ Io Pietro, figlio di domino Cesario, come teste sottoscrissi. ✠
✠ Io curiale Giovanni completai e perfezionai per l'anzidetta quarta

subscripsi ✕ ✕ Ego gregorius curialis. testis subscripsi ✕ ✕ ego petrus filius domini cesarii testi subscripsi ✕ ✕ Ego iohannes Curialis Complevi et habsolvi per memorata quarta indictione ✕	indizione. ✕
---	--------------

Note:

(1) Insulae maioris nomine in plerisque chartulis neapolitanis donatur Nesis, hodie vulgo *Nisida*, qua quidem appellatione denotabatur discrimen inter eandem, et Megariam, sive Megaridem, quae vernaculo nunc sermone audit *Castello dell'Uovo*. Verum in praesenti membrana non de Neside, sed de Aenaria, sive Iscla verba fieri testantur ea, quae insequenti pagina 270 versu 20 occurrunt. Ipsam vero hanc insulam in maiorem et minorem olim fuisse divisam patet ex diplomate, cuius meminit Paschalis (*Descrizione delle Isole del Regno*), quo quidem diplomate Fridericus Aragoneus Rex Siculorum Landulphum Galdum praefecit Isclae maiori, et minori, Prochytaeque, ne Carolus II andegavensis iisdem potiretur.

(2) Qui hactenus tradiderunt Isclae historiam, insulam hanc Ducibus Neapolitanis paruisse edixerunt. Ita profecto superiori Neapolitani Ducatus aevo contigisse vel nobis persuasum est. Et re sane vera saeculo IX plurimos neapolitas eandem insulam incoluisse liquet ex epistola V. Leonis III. Pontificis anni 795 ad Carolum Magnum, ubi haec occurrunt: *Ingressi sunt (nempe Saraceni) in insulam quamdam, quae dicitur Iscla maiore non longe a Neapolitana urbe milliaria XXX, in qua familias et peculia Neapolitanorum non parva invenerunt, et fuerunt inibi a XV usque ad. XII Kalendas Septembris, et nunquam ibi Neapolitani super eos exierunt. Cumque totam insulam depraedassent, implentes navigia sua de hominibus, et eius necessariis, reversi sunt post se.* Sed Comites, qui ab iisdem Ducibus illuc mittebantur, per sequiora tempora sese ab eorum ditione emancipasse, et agnovisse potestatem non aliunde, quam ab Imperatoribus Constantinopolitanis sibi delatam documentum praesens luculentissimo nobis est argumento. Hic porro Comitatus non parvi habitus fuisse videtur; cum enim Comitis exor Theodora heic dicatur *regalissima*, et eiusmodi titulus denotare videatur eam regia stirpe prognatam fuisse, hinc patet Reges ipsos tanti duxisse Comites Isclanos, ut eos sibi generos adsciscere non dedignarentur.

(3) Isclae insulam huius documenti conditor duplici donat appellatione, scilicet *Aenariae et Insulae Maioris*. Verum nuncupatam quoque *Isclam* fuisse iam a saeculo IX nobis testatur Leonis III epistola, cuius verba aliquot superiori adnotatione attulimus. Item saeculo XI, ad quod spectat praesens membrana, appellitari vel eo nomine consuevisse patet ex membrana ipsa, ubi pagina 271. v. 10 et 11 haec occurrunt: *sicut lavinario exfinat et terra de illi isclani in ipso latere.* Idem nomen deprehenditur tum in actis Concilli Lateranensis sub Alexandro III celebratum anno 1179 ubi Petrus *Isclanus* Episcopus post Sergium Neapolitanum suum Metropolitanum subscripsit, tum in inscriptione, qua consignatus fuit tumulus in crypta cathedralis Isclanae, anno MCCI in haec verba: *Hic iacet corpus nobilis Presbyteri Antonii Bulgaro de Iscla, qui obiit Domini MCCI filiique nobilis Marini Bulgari, cuius anima requiescat in pace. Amen.* Hinc miramur Mazochium virum omnigenae doctrinae laude florentissimum (*De Eccl. Neap. pag. 30*) scripsisse insulae nomen Isclae inditum, quo tempore Reges Andegavenses regnum hoc obtinuerunt, et sub eorumdem principatu, cum gallica vocabula in nostrum sermonem irrepsissent, factum esse nomen *Isclae* ad *Isle*, quae gallice insulam denotat. Undenam vero anteacto aevo non modo *Isclae*, sed etiam *Inarimes*, *Pithecusae*, et *Aenariae* nomina derivata insulae sint, edisseritur a Capaccio (*Hist. neap. lib. 2*).

A) Leggi “adductoras”